

Hermann Becker

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker/ Inf. Math. Prof. Publ.
ad D. Jacobi Pastor, Ad Luctuosissimam Panegyris Viri ... Dn. Christiani
Schroders, U.I.D. & ... Consiliarii intimi quam ... Vidua Hodie ... paratam exoptat,
Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus die
12. Aprilis Anno 1672.]**

Rostochii: Kilius, [1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425319>

Druck Freier  Zugang



Becker, H.,

in

Chr. Schröder.

Rost. (1672.)

51

19.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
M. HERMANNUS

Becker /

Inf. Math. Prof. Publ. Philosoph.



Facultatis hodiè Decanus, & ad D.

Jacobi Pastor,

ad LUCIDOSISSIMAM PANEGYTRIN

VIRI

Nobilissimi Amplissimi & Consultissimi

**DN. CHRISTIANI
SCHRODERS, U. J. D.**

&

Serenissimi Principis ac Domini

DN. CHRISTIANI LUDOVICI, Ducis
Mecklenburgici &c. &c. Consiliarii intimi

quam

Nobilissima Honestissimaq; VIDUA

Hodie horâ primâ solenniter paratam exoptat

**Omnium ordinum CIVES ACADE-
MICOS prolixè officioseq; invitat.**

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Univerit. Typogr.



RI
Dræclaræ equidem doctrinæ est
possessio, cuius vigorem & con-
stantiam, nulla belli rabies,
nullus tumultus, nulla denique,
etiamsi furibunda fuerit, tem-
pestas maris, eripere aut an-
nihilare valet; idcirco etiam
affabré dici solet. *Doctrina*
non potest Domino eripi
suo. Unde etiam factitatum uti sapientes immis-
tum infortunii cladem, intrepidam mentis formidine impri-
grè subjerint. *De Stilpone* memorat Seneca, illum vi-
delicet capti patria, amissis liberis, cum ex publico
incendio solus exiret, Demetrio interroganti; *Num*
quid perdidisset! respondisse, *Omnia mea bona mecum*
sunt, adeoque virum fortem, & strenuum, ipsam ho-
stis sui victoriam viciisse. Cœterum quamvis ea pro-
pter, Eruditionis possessio eminentissima sit, singula-
rique polleat excellentiam, attamen nulla ipsi, concessa
est prærogativa, simulac morborum, mortisque decu-
manæ ingruant procellæ. *Enim vero æque egregiis*
animi dotibus resplendentes, ac ignorantissimos quos-
que ter

que ter & amplius crudelis aufert Libitina, & in communem aliorum mortalium sortem redigit. Ast id quidem inter Eruditiores & generosæ mentis Viros, & inter obscuræ vitæ homines, obtinet descriminis, quod hi mortem instar terribilissimi mali formidandam arbitrantur, illi vero eam uti immortalitatis auspiciū, & futuræ vitæ natalem, hilari intrepidoque lustrant visu, certissime persuasi mortem teste D. Cypriano, non esse exitum sed transitum, Et temporali itinere decurso, ad æterna transgressum; propterea citissimè animos imtempestivâ solicitudine laxant, ne inviti sed lubentes ex hac mortalium scenâ emigrare possint; Sicuti in æquore solent suspecto, nautæ calldi clavum flectere, diuque ante solis occasum vela submittere, ita etiam haud inconsultum foret, florenti ætate, valentibusque membris, mortalitatis exuvias deponere; Qui in castris degunt, exactè norunt, nullum induciarum pacisvè conclusæ spem concipiendam, quantisper irruptionem facere, hostiliisque ausu cohortes aggredi cernunt. Vecordes certè, vel ignaviæ veterno penitus oppressi videntur, qui ullo temporis atticulo, necis inducias sibi pollicentur, cum ex iteratis mortalium exequiis abundè elucescat, nunquam ab isto hoste impetrandam securitatem. Oportet ergo quam maximè, ut nemo se unquam tutum expendat, verum potius quovis puncto hostilem mortis incursum extimescat : Ærumnosissima est

mortalium & præcipue Christianorum vita, eosque
infestant innumeræ & gravissimæ calamitates, felicio-
res itaque sunt, qui sarcinam hanc citius deposuerint;
Diu enim viventi, multa occurruunt pœnitenda; Hinc
magnus Seneca pulcherrime hoc unum dicas, monet,
vitam contemnere; Nemo illam bene rexit, nisi qui con-
tempserit. Mortem Somno similem esse appositè satis
statuit Cato Major. Enimvero uti Somnus omnes op-
primit, sic mors universis lethale propinat poculum.,
ille subito, etiam nobis non cogitantibus obrepit; Ita
etiam mors, antequam speramus, obruit, quod ipsum
Vir Nobilissimus Consultissimus atque Amplissimus
DN. CHRISTIANUS Schröder / U. J. D. & Serenissi-
mi Principis CHRIS TIANI LUDOVICI &c:
Consiliarius suo abundè testatur exemplo; Cui, licet
egregiâ robustissimaque corporis formâ prædicto,
præter omnem expectationem fata extremum nu-
merarunt diem, nec est cur miremur Virum hunc
tam cito è rebus humanis morte adeo præcoci exem-
ptum esse, omnibus enim calcanda est via lethi, &
soli Deo æternitas debetur; Avertamus itaque ab
hoc tristi casu animum, Functique tum cunabula,
tum stirpem, tum vitam, tum obitum sveto more
pensitemus: Noster autem mortalem hancce vitam
die 24. Maij Anno 1629. in Holsatiâ & quidem Neostadii
auspicatus est, Patre nimirum HENRICO Schröder/
Senatore prædictæ Urbis Amplissimo. Matre ANNA
Niemans /

Niemans / sāminā ornatissima atque præstantissimā. Avum paternum habuit, Virum Eximum CHRISTIANUM Schrödern / mercatorem dictæ Urbis præcipuum, Aviam paternam ANNAM Läfers / ex antiquā laudabilique Lubecanā Lafer-sensium familiā prognatam, Fœminam virtutibus, quæ fœmineum exornant sexum, conspicuam, siquidem ejus parens extitit Vir Amplissimus DN. GEORGIUS Laffert/ Imperialis Civitatis Lubecensis Senator gravissimus, ejus vero Mater CATHARINA Bohnen: Proavus paternus extitit Pereximus DN. HENRICUS Schröder/ Prædi Nobilis Hagen in Holsatiā Pensionarius dexterimus. Proavia paterna Fœmina Laudatissima MARGARETA Budden. Ex celebri ibidem-familia BUDDENSIMUM orta, Avum maternum nactus est, Virum Reverendum, & Praeclarissimum DN. M. HENRICUM Nieman/ Pastorem nominatae Urbis vigilantissimum, Aviam Maternam fœminam Virtuosissimam CHRISTINAM, DN. DIDERICI Ficken/ trium in Holsatia Regentium-Ducum Chyrurgi primarii, filiam. Proavus Maternus extitit Vir Amplissimus, & Spectatissimus, DN. JOHANNES Nieman/ in Oppido NEUSTADT Consul quondam gravissimus, quiq[ue] ob Justitiam dextrè administratam, summis affectus est laudibus, & de facultatibus, quæ à Divino Numine amplè ipsi collata sunt, egenis, pauperibusque prolixè supetias tulit. Proavia Materna fuit Vidua condecoratissima, ex conspicuā Nurenbergensium Stampensium familia progenita, sortita enim est patrem NICOLAUM Stampen/ Civem ac Mercatorem Lubecensium haud postremum, & Nobilissimi atque Amplissimi DN. JOHANNIS Stampen/ Civitatis Imperialis Nurenbergensis quondam Consulis, filiam. Potuit quidem pie denatus DN. SCHRODERUS de tantæ gloriæ atque virtutum majoribus gloriari, seq; efferre, sed maluit ille splendorem generis proprii virtutibus illustriorem redere.

dere. Quamobrem, postquam Servatori CHRISTO JESU,
per Sacrosanctum Spiritus sanctissimi lavacrum oblatus, atq;
ita in Album Christi Fidelium insertus fuisset, ab ipsa Juven-
tute se obsequio matris [siquidem ipsius parens præcoci mor-
te ipsi tertium annum agenti, abreptus est) reverenter devo-
vit, cumq; illa animadverteret NOSTRUM adveniente ætate
literis delectari, eundē tām à publicis, quam privatis præcepto-
ribus, sedulo institui curavit, quibus operam haud exiguum
adjunxit suam Dn. JOHANNES BULTHENIUS, Consul Civi-
tatis Neustadt / Vitricus Nostri quondam honoratissimus,
qui & postea Functum Anno 1646- ad SCHOLAM STRAL-
SUNDENSEM amandavit, informationiq; Clarissimi Dn. BE-
NEDICTI BARII commisit, in qua non sine egregio studio-
rum prosectoru per biennium substitut Noster; hincque nostro
Roseto datus, studio Ethico, Politico, Historico, & deinde Ju-
ridico, per integrum annum, sedulò operatus est. Revoca-
runt eum postea Parentes domum, ibidemque per breve tem-
poris spatiū commoratus, adiit Civitatem Gottorffensem,
sedem Ducalis aulæ celebratissimam, ubi per integrum bien-
num coeptum studium Juridicum impigrè continuavit.
Consiliariis familiariter usus est, atq; ita formam Processus
ibidem observatam, acuratè addidicit. Deinde, consilio pa-
rentum contulit se ad Academiam Gieslensem, in quā per ali-
quot annos Juris studium excoluit, Collegia diligentissime
frequentavit, ac Dn. Professorum favorem prolixè expertus
est. Cumq; etiam, NOSTER peregrinandi cupiditate flagra-
ret, ac ejus parentes idipsum, quoniam è resua futurum esse
arbitrabantur, approbarent, factitatum est, ut consortio no-
bilissimorum hominum adjunctus sit, quibus cum Anno 1653.
salutata Augusta viudelicorum, peragravit Venetias Hinc Pa-
tavium invisit, ubi per aliquod temporis spatiū subsistenti
à Germanis, vices Procuratoris, quæ statio ibidem honorificè
habetur

habetur, ultrò oblate sunt. Lustravit porro *Functus FER-*
RARIAM, Bononiam, Florentiam, Tivornum, Romam,
NEAPOLIM aliaq; remotissima Italiae Loca; in redditu iter fecit
per Loretum, Placentiam, Turinum, Genevam *BASILEAM*,
Argentoratum, & hinc profectus est *Spiram*, Vormaciām,
Francosurtum ad Mœnum, atq; adeo exantlatis molestissimis
peregrinationibus Anno 1654. prosper felixq; patrios salutavit
Lares. Nec enim diu istic hærebat. *Noster*: siquidem ejus in-
formationi concreditus est, Excellentissimi Dni J A C O 'B I
Preusers / J Cti & Serenissimi Ducis Schlesvicensis quondam
Consiliarii intimi Filius unicus, quem in Atheneum hocce
Mecklenburgicum adduxit, eique magna cum industria & dex-
teritate abstrusissima Juris principia fideliter inculcavit; Du-
rante hac Ephoriā, *FUNCTUS*, instinctu parentum editi ACA-
DEMIA *GRYPHICAM*, in quā cum Pro-Licentia capessendi
in utroque Jure honores, sub Moderamine Decani de *Crimine*
laſe Majestatis acriter disputasset, mox in publica virorum
doctorum Panegyri, U. J. Licentiatus solenniter renunciatus est.
Hoc peracto rediit in nostram Academiam, ibique legendo ac
disputando nonnullorū Juvenum, qui Informationis suæ com-
mendati erant, promovit studia, & junxit sibi tandem Anno
1659. tori sociam Nobilissimam *Virtuosissimamq; Virginem*
tunc temporis, nunc Viduam eheu! desolatissimam *ELISABE-*
TEN, Viri Nobilissimi & Amplissimi D. JOHANNIS Niebatt-
ren/Practici quondam famigeratissimi, Filiam; *Quod ipsum*
matrimonium uti per tredecim annos pacatum, sic nec planè
infœcundum fuit, suscepit enim NOSTER Conjugalis tori
tria pignora; *ELISABETHEN*, ANNAM & CHRISTINAM,
quæ per DEI gratiam adhuc superstinent, & acerbissimum
desideratissimi patris obitum una cum matre Viduâ amaris-
simè deplotant. Anno 1665. Decanus Facultatis Gripval-
densis per literas humanissimè à *Functo* rogavit, ut gradum
Docto

Doctoralem sibi conferri pateretur, cumque honestissimæ petitioni justissimis ex rationibus Noster deesse haud potuit, axiomatice Doctorali etiam dicto tempore condecoratus est. Dignus quoque à Serenissimo Principe ac Dno Dn; CHRISTIANO LUDOVICO, Duce Mecklenburgico &c.&c. Domino nostro clementissimo, habitus est FUNCTUS, qui nonnullas&quidem haud contemendas Expeditiones subiret, pro qua navat à operâ jam jam Laudatus Serenissimus Princeps, ipsi dignitatem Consiliarii conferre clementissimè voluit. Ante septimanas, non adeo plures, functum morbus infestare cœpit, non adeo exspectatus. Adhibiti quidem continuo sunt in Consilium, Viri Experientissimi & Excellentissimi Dn. D. JOHANNES BAC-MEISTER, & Dn. D. SEBASTIANUS Würdig/P. P. Celeberrimi, Collegæq; honoratissimi, qui etiam nulli operæ pepercérunt; ast minimè finem, quem intenderant, assecuti sunt, & circa horam 12. mediæ noctis pie functus inter ardentissima astantium suspiria, interq; preces Dn. Confessionarii Reverendi aedictissimi Dn. ARNOLDI GEBHARDI LUDECI, Pastoris Bentvissensis meritissimi, placidissimè resolutus est, postquam annos 43 vivendo explesset. Quomodo autem in lethali morbo sese NOSTER exhibuerit, prælaudatus Dnus Pastor, propria manu consignavit quām accuratissimè; quum vero hoc ipsum angustia pagellarum haud capiat, reservabimus Concionis funebri. Nostrarum igitur partium est, CIVES ACADEMICI, frequentes Viro Nobilissimo, atque Consultissimo, ire exequias, atque ita supremum humanitatis præstare officium. Quod uti promptissimè faciatis vos, omnies atque singulos officiosè prolixè querrogamus.

P. P. sub Sigillo Rectoratus die

12. Aprilis Anno 1672.

Convenietur in Aede D. Mariae sacrâ horâ primâ.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425319/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425319/phys_0016)

DFG

habetur, ultrò oblate sunt. Lustravi
RARIAM, Bononiam, Florentiam,
NEAPOLIM aliaq; remotissima Italiae I
per Loreum, Placentiam, Turinum,
Argentoratum, & hinc profectus est
Francosurtum ad Mœnum, atq; adeo e
peregrinationibus Anno 1654. prosper f
Lares. Nec enim diu istic hærebat. No
formationi concreditus est, Excellent
Preusers / Jcti & Serenissimi Ducis Sc
Consiliarii intimi Filius unicus, quem
Mecklenburgicum adduxit, eique magn
teritate abstrusissima Juris principia fide
rante hac Ephoriâ, FUNCTUS, instinctu
DEMIAM GRYPHICAM, in quâ cum P
in utroque Jure honores, sub Moderam
læse Majestatis acriter disputasset, mox in
ctorum Panegyri, U. J. Licentiatus solem
Hoc peracto rediit in nostram Academi
disputando nonnullorū Juvenum, qui Im
mendati erant, promovit studia, & jun
1659. tori sociam Nobilissimam Virtuosis
tunc temporis, nunc Viduam eheu! deso
TEN, Viri Nobilissimi & Amplissimi D.
ren/ Practici quondam famigeratissimi, E
matrimonium uti per tredecim annos pa
infœcundum fuit, suscepit enim NOS
tria pignora; ELISABETHEN, ANNAM
quæ per DEI gratiam adhuc superstata
desideratissimi patris obitum una cum r
simè deplotant. Anno 1665. Decanus I
densis per literas humanissimè à Functo




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0912

the scale towards document

Etus FER.
Romam,
tu iter fecit
ASILEAM,
rmaciam,
olestissimis
os salutavit
em ejus in
JACOBI
quondam
im hocce
tria & dexo
vit; Du
diit ACA
capessendi
le Crimine
orum do
ciatus est.
egendo ac
suæ com
em Anno
Virginem
ELISABE
Niebau
d ipsum
nec planè
galis tori
TINAM,
issimum
amaris
ripsval
gradum
Docto